

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2673

Auteur(s) : Bourgine Thahur [particulier]

Bénéficiaire(s) : Michel Thahur, neveu de Bourgine Thahur [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1257, mai

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Cession par Bourgine Thahur à Michel Thahur, son neveu, à ses frères et sœur, pour huit sols de rente annuelle, de tous les droits qui lui pouvaient échoir dans l'héritage acheté par feu Robert Thahur et feu Geoffroi Thahur, frères.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 178, p. 177-178.

Texte établi d'après a

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod ego Burgina, dicta La Thahure, quictavi et dimisi Mychaeli Thahur, nepoti meo, et fratribus ejus, et sorori eorum, et eorum heredibus, jure hereditario in perpetuum possidendum, quicquid habebam et habere poteram in omni hereditate quam defunctus Robertus Thahur et defunctus Gaufridus Thahur, fratres mei, condam, mediante emptione sua et per retractionem jure consanguinitatis acquisierant, in feodo viri religiosi et honesti prioris de Belismo, reddendo exinde michi vel mandato meo octo solidos annui redditus monete currentis in patria, ad festum Omnitum Sanctorum, quandiu vixero annuatim, pro omnibus aliis rebus ad me pertinentibus quoquomodo. Preterea ego volui et concessi, et ad hoc erga eumdem Mychaelem nepotem meum, et fratres ejus, et sororem eorum me obligavi, quod de omni hereditate mea quam habeo et possideo, in parochia de Colloanart, in feodo predicti prioris, de cetero nichil possum vendere, dare, elemosinare, seu aliquo modo alio alienare quin, post decessum meum, ad ipsos et eorum heredes, tanquam sua hereditagia immunia et libera de omnibus rebus ad me spectantibus revertatur, cum dictis octo solidis annui redditus, qui, post decessum meum, ipsis et eorum heredibus remanebunt cum omni hereditate predicta perpetuo possidendi, salvis debitibus redibentibus dominorum. Ita tamen quod quotienscumque voluero, pro necessariis vite mee, hereditatem meam predictam et dictos octo solidos potero, quamdui vixero, pignori obligare, contradictione ipsorum qualibet non obstante. Et ad hec tenenda irrevocabiliter et servanda sub formis premissis, ego, Burgina, dictis Mychaeli, fratribus suis, sorori eorum et eorum heredibus me astrinxii, fide interposita corporali et per presentes litteras sigilli mei munimine roboratas.

Actum anno Domini M° CC° Lmo septimo, mense Mayo.